

1774.

1. Ansinck, James Andrew : *De successione liberorum separatarum ex jure Hamburgensi*.
2. Ansinck, Gustavus : *De impugnatione resignationis ex jure Hamburgensi*.
3. Beermann, Gustavus Bernhard : *De debito obstante i*n* praemissim crestos non adquisitato*.
4. Bochmerus, Georg Ludovicus : *De remetendo recordis speciationis ex jure Hamburgensi*.
5. Freyer, Gustavus Wilhelm : *De iuri Romani et speciationi actionum penalium in Germaniae foris auctoritate*.
6. Gudlich, Gott. Fst. von : *De jure Hendredi ceptis in fundis communisatis et pacificandis agros iti s*i*los in episcopata Osnaburgensi*.



7. Heincken, Christianus Stephanus : Tentamen iuris
aggeralis reipublicae Bremensis.
8. Meisterus, Christ. Frid. Georg : De ordine cognitionum
in causarum civitatis et criminalis concursu.
9. Puetter, Joannes Stephanus, Ord. iurid. decanus :
Coronis Leopoldi Böckmann, Georgii Luthorici Böckmann,
Clementis Wickmanni Coronis Rinckhausen, Gorandi
Bridorici & Gnilich. . . . solemnis inauguraicia
inst. poenitentia commutationis : De instan-
tione imp. Romani sub Ptole. M. et Ottobus
facta ejusque effectibus parte IV. : De remata
mittio instauracionis sub Ottone M. ejusque successo.
restis factae veris effectibus.
10. Puetter, Joannes Stephanus, Ord. iurid. decanus ;
Georgii Brackel, Francisci Spengel, Thomas Brunnenmanni,

Gustav Wilhelm Meyers . . . solennia inaugralia iudic.
et premissa commentacionis : De instaurazione imp.
rii Romani sub Carolo M. et Ottobus facta ejusque
effectibus, parte V : De mutatione, quae titulis regum
et imperatorum a secunda ista instaurazione indecon-
sigit, ejusque effectibus.

11. Puchler, Janus Stephanus, Ord. iuri decanus : Janu-
nis Mauritii Henrici Gricke, Janus Arnoldi et Gustav-
ni Strasenb., Janus Schulte, Christiani Abrahami
Heineken . . . solennia inaugralia iudicat.
premissa commentacionis : De instaurazione imp. Ro-
mani sub Carolo M. et Ottobus facta ejusque effec-
tibus, parte VI : De errore . . . opinione : imp. Ro-
manum esse quartum monachismus & Deo ordinatum
12. Schulte, Janus : De exortatione bona mente.

Speciation in bonis hereditariis ex iure Hamburgo

P. 277.

12
St. 3. num. 24.

DISSESSATIO INAUGURALIS IURIDICA

DE

IURE SCINDENDI CESPITES IN FUNDIS COMMUNITATIS

AD

LAETIFICANDOS AGROS IBI SITOS IN EPISCOPATU OSNABRUGENSI.

QUAM

POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

GEORGIO III.

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE

DEFENSORE FIDEI

DUCE BRUNSUICENSI ET LUNEBURGENSI

S. R. I. ARCHITHESAURARIO ET ELECTORE

RECTORE GEORGIAE AUGUSTAE MAGNIFICENTISSIMO

CONSENTIENTE INCLYTO IURECONSULTORUM ORDINE
PRO SUMMIS IN UTROQUE IURE HONORIBUS

RITE OBTINENDIS

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

AUCTOR

GERH. FRIED. VON GULICCI
OSNABRUGENSIS.

KÖNIGLICHE
UNIVERSITÄT
ZU HALL

D. XXVIII. APRIL. MDCCCLXXIV.

GOETTINGAE, LITTERIS BARMEIERI.



1. 2. 3. 4. 5.

1. 2. 3. 4. 5.

THE SOLEMN COMMUNION
IN THE CHURCH

WITH THE HOLY COMMUNION

BY JAMES BISHOP OF LICHFIELD

AND THOMAS COOPER OF BIRMINGHAM

WITH A HISTORY OF THE CHURCH

BY JAMES BISHOP OF LICHFIELD

AND THOMAS COOPER OF BIRMINGHAM

WITH A HISTORY OF THE CHURCH

BY JAMES BISHOP OF LICHFIELD

AND THOMAS COOPER OF BIRMINGHAM

WITH A HISTORY OF THE CHURCH

BY JAMES BISHOP OF LICHFIELD

AND THOMAS COOPER OF BIRMINGHAM

WITH A HISTORY OF THE CHURCH

BY JAMES BISHOP OF LICHFIELD

AND THOMAS COOPER OF BIRMINGHAM



REVERENDISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO
DOMINO
F R I D E R I C O
M. BRIT. PRINCIPI, DUCI BRUNSV. ET LUNEB.
EPISCOPO POSTULATO OSNABRUGENSI

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

PERENNEM FELICITATEM

AC

FLORENTISSIMAM IN COLUMITATEM

PIE APPRECATUR

ET

HOC QUALE CUNQUE SPECIMEN INAUGURALE

DEVOTISSIMA MENTE

SACRUM FACIT

AUCTOR.



INTRODUCTIO.

§. I.

Quum ius cespites s. glebas (h. l. *Plaggen*) a) ad ster-
corandos agros metendi, ob longum ambitum
ericarum, ex quibus magna Episcopatus Osnabrugensis pars
constat, maximi sit momenti: iuris autem huius exercitium
varium et ad nostra usque tempora subinde in dubium voca-
tum fuerit, desuperque in dicto Episcopatu quibusdam quaes-
tionibus inter subditos magno fervore agitatis, gravissimae
lites exortae essent; atque ego mecum deliberarem, quale

argu-

a) In Michaelis RICHEY Idiotic. Hamburgensi vox *Plaggen* ita
explicatur: *platte Rasen oder Schollen*, welche mit einer breiten
und scharfen Hacke gehauen werden.

A



argumentum controversias ibidem obvias concernens ad disputationem inauguralement conscribendam deligerem, mihiique desuper consilium Viri Illustris JUSTI MOESERI, iudicii criminalis Consiliarii optime meriti *rel.* ea, qua decet, animi observantia expeterem, ille mihi suasor auctorque benigne fuit, ut de quaestionebus hisce in patria mea contentiosis differerem et quid iuris circa eas obtineret, eruere studearem. Ut vero eo feliciori successu hanc rem pertractare possem, pro benevolentia singulari, quam ad cineres usque venerabundus, gratissima mente agnoscam, consiliis me suis adiuvit et documenta ad hanc rem inservientia, quae mihi, in hoc arguento parum versato, magnam lucem accenderunt mittere, non est dignatus. Hisce praefidiis instructus me ad hanc opellam accingo, quum alioquin si ea subfidia suppeditata haud fuissent, de hoc arguento, de quo nullus data opera haec tenus speciatim egit, non nisi pudenda temeritate agere ausus fuisset. Dissertationem ipsam in duas partes, scilicet in *partem generalem* et *specialem* dispesco, in quarum *priori* ego pauca de antiquitate et utilitate intuitu usus cespitum in medium proferam; in *posteriori* vero et quaestiones hodienum controversias proponam et eas pro viribus meis exiguis pertractare studebo.

A

PARS

PARS GENERALIS.

§. II.

Licet nondum evictum sit, quo aeo Germani et in primis Osnabrugenses cespites ad stercorandos agros exscindere ac metere incepint; verisimilimum tamen est, eos dum glebis ad laetificandam terram usos fuisse. Ericeta enim qui excolunt maximam, in has terras natura infertiles, curam impendere, et quantum possunt eas saturare debent. Opinor igitur incolas ericarum necessitate coactos, cito periculum fecisse, anne cespites ad foecundandam terram inservirent? Sed nullos veteres scriptores, qui de hac re mentionem faciunt, nosco: PLINIUS maior a), dum varios agrum laetificandi modos recenset, solummodo de *Ubiis* commemorat: eos *fertilissimum agrum, quacunque terra, infra tres pedes effossa, et pedali crassitudine iniecta laetificare*. Mihi vero non constat, an Plinius hisce verbis indicare voluerit Ubios terram marga, aut eas illam cespitibus saturasse. Illustris MOESERUS in *Historia Osnabrugensi* b) arbitratur, verba Plinii significare Ubios agros marga saturasse, sed credendum esse, hac in re Plinium errasse et re vera Ubios ad laetificandam terram cespitibus usos fuisse. Qua conjectura

am-

a) In Hist. nat. l. XVII. c. VIII.

b) §. 61. l. d.



amplexa; sequeretur usum glebarum ad foecundandos agros esse antiquissimum.

§. III.

Hodierno tempore cespites ad varios usus inferviunt. Plerumque vero eos ad laetificandam terram scindunt. Scissas glebas, vel tanquam stramina pecori substernunt, vel cum fimo commiscunt, usque dum cum eo coailuit ^{c)}. Ex glebis utroque modo praeparatis maximum agricola sentit emolumentum. Dum enim iis utitur conservat stramina et mirum est quantum cespites hi pecori substrati aut fimo commixti, ad saturandam terram in primis fabulosam faciunt. Caussa est in promtu. Fimus enim ex hisce glebis consettus magis condensus ac solidus est, ac fimus qui ex solo stercore et straminibus oritur. Diutius igitur partes frugiferas salis, olei et aquae retinet, nec patitur, ut tam subito evaporent, quum ei contrario fimus ex solo stercore et straminibus praeparatus cito eodem ardore ac siccitate corruptitur ac terra fabulosa, quam frugiferam reddere debet.

Sed licet emolumentum, ex usu cespitum proveniens, sit maximum, modus tamen in cespitando, in plurimis istis pro-

^{c)} Cf. ill. MOESER. Dénabrück. Geschichte §. 61, et PIPERI Martenrecht im 4. Abschnitt §. 5.

provinciis, in quibus ericae reperiuntur, est praescriptus. Interdictum enim est in locis gramina ferentibus atque iis in locis, in quibus arbores radices egerunt cespites mettere et quidem eam ob caussam, ne pascua inde detrimentum capiant, aut arborum radices denudentur. V. de hac re die Forstdnung von 1678. Cap. II. §. 3. in *Const. Brunsv. Luneb. Calenb.* P. IV. p. 193. das Sodenstechen, Wasen, Plaggen, oder Heydehauen in den Holzungen betreffend, quam provisionem etiam d. 28. Mai 1748. publicatam animadvertisimus: Was aber das Heydemachen absonderlich betrifft; so sind die jungen Gehege, so lange bis sie wieder aufgezthan werden, damit ganzlich zu verschonen; nachher aber ist es in selbigen, wie auch in solchen Revieren, welche im Zuschlag nicht befindlich, wo es rechtmässig hergebracht regulariter zu verstatten: ORDINATIO FORESTALIS GUELPHERBITANA §. 19. p. m. 10. similiter praecipit: Es soll keiner unter den Bäumen Soden stechen, Wasen, Plaggen oder Heide machen bey willfährlicher Straffe. Huc etiam spectat praeceptum in *Ducatu LÜNEBURGICO*, quod videre licet in CORP. CONST. PROV. LÜNEB. c. IV. p. 123. obvium. Conf. et PIPERI Markenrecht, p. 98. in quo haec leguntur verba: die Plaggen machen, müssen auf dem Heydegrunde bleiben, sich der Grastragenden Gegenden enthalten, damit dem Wich kein Abbruch an der Weide geschehe; sich den Wurzeln und Stämmen der Bäume nicht zu sehr nähern,



nahen, damit sie die Wurzeln nicht blößen und sich überhaupt nach dem Herkommen und üblichen Ordnungen einer jeden Mark richten.

§. IV.

Viri docti et rerum oeconomicarum periti disputatione
anne magis consultum sit, usum glebas terrae scindendi ac
metendi abrogare. Laudatur haec consuetudo ab his, cul-
patur ab illis d). Illi, qui de ea abroganda cogitarunt, sibi
persuaserunt, homines glebis terrae non indigere, dummo-
do largiorem pecuariam facerent. Quibus autem alii oppo-
suerunt, non multum commodi incolas hoc ericarum insti-
tuto percepturos fore. Quodsi enim horum consilio obtem-
perarent, plurimos illis agros novales relinquendi, eos in
usum pecoris colendi et pecus in stabulis pascendi necessitas
incumberet, ut eo modo sumum colligerent. Verum qui-
dem est, eos aliquantulum commodi ex pecoribus perceptu-
ros fore, hoc vero non cum sumtibus, quos in pecus impen-
dere deberent, nec cum damno, quod ex eo sentirent, dum
plures agros novales relinquere tenerentur, aequiparandum
esse, praecipue si perpenderent, in quantum sumus ex gle-
bis

d) V. Viri Consultissimi BEUERFÖRDE diff. de locis quibusdam in
aperta marca sitis vulgo Plaggenmatt diffis §. I. n. b.



bis terrae constans fimo, ex solo stercore et stramine praeparato, praestantior sit. Sed quaestionem hanc aliis in studio et praxi agriculturae peritioribus ac exercitatiōribus deciden-dam relinquam, partem specialem opusculi mei aggressurus,

PARS SPECIALIS.

§. V.

Antequam vero ad rem ipsam accedam, ex re mihi ef-fē videtur, quaedam generalia, de marca et de locis, in qui-bus cespites scinduntur praemittere, quia iis non praemissis, multa in dissertatione obvenientia commode intelligi neque-unt. Marca, recte definiente Viro Consultissimo LÖDTMAN-no e), est fundus ad certam universitatem spectans et om-nibus membris ita communis, ut singuli ex eo, quae agri-culturae et rei oeconomiae serviunt, pro situ et qualitate capiant.

Loca ea marcarum in quibus cespites scinduntur varia nomina induunt. Mox enim *Plaggenmatt*, mox *Heimschnæt*, mox *Urland* audiunt. Nomen *Plaggenmatt* f) 1) vel deno-tat locum in quo omnibus marcalibus ius scindendi glebas

com-

e) In diff. de variis iur. civ. Osnabrugensis capitibus iuri Holzgra-viali annexa, et ibi cap. VI. §. I.

f) V. cit. diff. V. C. BEVERFÜRDE §. II.



competit qui et *gemeines Plaggenmatt* vocatur g), vel 2) locum in marca apertum, uni, vel pluribus quoad ius cespites effodiendi privative competentem, omnibus vero commarcalibus, quoad pastum communem. Nomen *Heimschnaet h)* indicat plagam, in quibus plures (e. g. villa) iure cespites scindendi gaudent, pastus vero omnibus eius marcae commarcalibus est communis. Nomen denique *Urtland f.* *Anschuss* significat locum terrae segetali vicinum, in quo singuli cuidam secundum ius das *Hagenrecht* denominatum facultas cespites privative scindendi et reliquos ab eorum usu excludendi competit. Est vero das *Hagenrecht i)* ius vi cuius certus districtus, terrae segetali vicinus, eatus a vicino vindicari potest, quatenus malleum sub crure finistro manu dextra proiicere potest sinistra sudem tenens

pe-

g) Conf. de hac re *STRODTMANNUM* in *Idiotic. Osnabrugensi* pag.

162. qui et ibi instrumentum *Plaggensyt* dictum, quoad excindendos cespites utuntur et modum cespites metendi descriptis.

h) V. ill. *MOESERI* I. c. §. 17. n. c.

i) Vide V. C. *LODTMANNI ius Holzgraviale* th. XXVI. p. 75, et in append. art. 8. p. 98.

V. C. BEVERFÖRDE diss. cti. c. 4.

PIPER I. c. §. 10.

MASCOVII notit. iur. Osnabr. c. VII, in not, ad §. VII.



9

pedemque ad fossam aut in fulcro sepis positum habens.
Hae sunt rerum et verborum notiones, quas praemittendas
esse duximus, quia saepius in nostra occurrent dissertatione
et libri, qui de iis agunt, non in omnium sunt manibus.
Nunc ad argumentum ipsum progredior.

§. VI.

Ex definitione marcae iam patet, neminem ea, quum
sit fundus ad universitatem spectans, regulariter uti posse,
nisi commarcalis sit (*ein Markgenosse*). Hi commarcales
vario modo dividuntur ^{k)}, sed unica, quae ad nos spectat
divisio, est illa secundum quam, in eos qui intra et in eos
qui extra marcam habitant dividuntur: quaestiones enim,
de quibus nobis differendi est animus, de utraque hac specie
agunt. Quaeritur enim de iis, qui intra marcam degunt,
in qua iure glebas scindendi et eas in usum fundorum in hac
marca sitorum adhibendi gaudent, an et his liceat cespites
scissos in fundos, in alia marca acquisitos exportare? Con-
tra ea de iis, qui in marca, in qua non habitant, fundos ac-
quisiverunt et messes ex hac marca evehunt, quaeritur, an
iis liceat glebas in hac marca scindere et fundos, quos hic
possident iisdem saturare, aut illas, in qua non habitant
marka

k) Conf. V. C. LODTMANNI l. c. Thes. III.
B



marca transferre? Mihi vero tam aequitati, quam stricto iuri adversari videtur, si ille, cui in marca ius cespitandi competit, facultate gauderet cespites ex ea pro lubitu auferendi, aut si illi, qui in marca, in qua non habitat et ex qua fruges evehit cespites scindendi, aut evehendi facultas indulgeretur.

§. VII.

Marcae enim cito interitus pararetur, si illis, qui non in ea degunt, sed ibi fundos acquisiverunt, permisum esset cespites in usum fundorum alterius marcae scindere, aut ex marca auferre. Quodsi enim hisce liceret, cespites pro lubitu ex marca exportare, maximum numerum cespitum mettere eosque extraneis vendere et sic marcam ad inopiam glebarum redigere possent. Quod si vero iis solummodo liceret cespites scissos in usum fundorum in eadem marca sitorum adhibere, copia simi eo tamen minueretur, et circulatio secundum V. C. LODTMANNUM¹⁾ eo in re rustica periret. *Ablato enim (ut verbis eius utar) ex marca frumento, perit ex illa simus, qui si in ea maneret hoc vel alio marcalium agro sterorando adhiberi posset; dumque simus perit plures cespites metuntur, ut damnum, quantulumcunque denum illud sit, in marcam redundet.*

Natum

¹⁾ V. V. C. LODTMANNI I. c. Thes. VII.



ii

Natum inde est inter rusticos apophtega; quo *longus*,
currus non vadit, inde nec *brevis venit* (germanice; wo der
lange Wage nicht hingehet, daher darf der kurze nicht folgen),
Longus currus vero hic significat ille, quo frumentum; *bre-*
vir quo simus, cespites et similia yehuntur. Innuit igitur
hoc adagium, simum ex eo loco sumi debere, ubi messes
translatae sunt: ex quo apparet; caussam ob quam quis in
marca in qua non habitat, cespites scindere prohibetur, esse
timorem, ne stramenta ex ea auferat. Inde infero, illum
qui ius cespitandi acquirere cupit, solummodo promittere
debere, se stramenta ex marca eyehere nolle, copia enim
fimi in marca tunc non minuitur, marca igitur, si quispiam
cespites in usum fundorum in ea sitorum effodit, nullum
damnum sentit atque adeo caussa; ob quam illi facultatem
cespitandi denegant, adeste definit.

§. VIII.

Pari modo marcae alicui maximo foret damno, si mem-
bris eius permisum esset in aliena marca fundos acquirere
et hos cum cespitibus ex communi marca sumtis saturare.
Magnus abusus ac detrimentum eo certius oriatur. Illi
enim praecipue, qui non multos in marca, in qua habitant,
agros possident, fundos in aliena marca fitos vel emerent,

B 2

vel



vel conducerent et in commodum eorum glebas ex propria marca eo avidius transportarent. Quo autem facto caeteris marcae sociis cespites, quibus indigent, adimerentur, pascua multo deteriora fierent et plures agros vel male coli, vel plane incultos manere oportent. Inficias quidem iri nequit, illos, qui in marca aliena agros possident, in marcam, in qualibant, stramenta inferre, verum ex stramentis, si vel pecori substernuntur, vel pecus in stabulis inclusum eo pascitur, simili parari, videri ideo posset, ac si marca, in qua ius obtinet, ut quilibet membrorum ex ea cespites transportare possit, non adeo magnum damnum inde sentiret. Sed quum non ex omni stramento simili paratur, sed illud in varios usus converti potest, quum porro ille, qui in aliena marca agros possidet, illos quoque laetificabit et laetificet necesse est, quum tandem ex solo strumento et stercoribus constans simili, simo cum cespitibus commixto (uti §. III. demonstravimus) non sit comparandus, inde quoque appetet marcae semper nocere, si indulgetur; quod glebae terrae ex ea atferantur.

§. IX.

Ostendimus huc usque aequitati et saluti omnium et singularium marcarum maxime convenire, ut nemo cespites

in

in ea marca, in qua fundos acquisivit, sed ex qua fructus cum stramentis auferit scindere, et ut nemo ex marca, in qua degit glebas terrae evehere possit, nunc probare conabimur hoc ius in terris Osnabrugensibus obtinere ac in usum deductum fuisse. Desituimus autem hactenus lege, hunc casum diserte determinante. Prostat tamen ordinatio marcalis ^{m)}, quae anno 1671 Episcopo ERNESTO AUGUSTO regnante delineata, quae vero nec consummata, nec promulgata est. Ad consuetudines igitur, quae caeteroquin, maxima ex parte ius marcale constituant ⁿ⁾ nobis est confugendum et dicto Juliani ^{o)}, de quibus *caussis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet quod moribus et consuetudine introducum est* nobis est obtemperandum.

§. X.

Has consuetudines optime ex protocollo iudiciorum lignariorum (*der Holtingsregister*) cognosci et quicquid in indicibus horum iudiciorum, tanquam omnibus marcis commune, invenitur ad caeteras marcas prout ius vicinorum

^{m)} Conf. V. C. LODTMANNI *ius holzgraviale* et ibi n. II, in append. document.

ⁿ⁾ PIPERI *Markenrecht im zten Abschn.* §. 5, j. 20. 1849. Q. 200.

^{o)} L 32. ff. *de legibus.*



applicari posse, docet PIPERUS p). Evolvimus hunc in finem varia iudiciorum lignariorum protocolla et ex indice iudicij lignarii Soegelensis didicimus, iam tum temporis commarcales nulli extraneo permisisse in marca sua cespites scindere et cuicunque commarcali cespites extraneo vendere prohibitum fuisse. In hoc enim indice q) occurrit nomen extranei qui in marca Soegeleni cespites sciderat et accusatus atque convictus ea de causa poena Imperialis affectus est. Occurrit et nomen alicuius r), qui alteri in aliena marca habitanti viginti quatuor currus cespitibus onustos vendiderat, quod factum poena trium Imperialium luere adactus est. Quanquam ex hisce iudicatis passibus prono alveo fluit iam tum temporis commarcales, quantum potuerunt, cespites in marca servare studuisse, quaestiones tamen, de quibus nos agimus, modice solummodo tangunt.

§. XI

Adest vero alias in hoc protocollo, passus ex quo, quaestionum, quas nos tractamus, una optime solvi potest. Colligere enim ex hoc iudicio Soegeleni lignario nobis integrum

p) videatur eiusdem tractatus von dem Markenrecht im 2ten Abschn.

§. 4.

q) Conf. PIPERUS l. c. p. 211.

r) ibidem p. 216.

tegrum est, antiquitus iam consuetudinis fuisse, ut nemo in marca in qua non habitabat, in qua tamen fundos possidebat et ex qua fruges auferebat, cespites scindere potuerit.

Quum enim s) commarcales quererentur, quosdam famulos et alias personas innuptas, qui plures agros excollerent et in usum eorum cespitibus marcae fruerentur, fruges, quas colligerent, extraneis cum stramentis vendere et sic marcam simo privare, eo autem contra consuetudinem marcarum agere, hi commarcales cum Holzgravio eo convererunt, ut famulis et aliis innuptis personis, qui fundos

cum

s) Protocollum hoc ex iure marcali PIPERI desumptum p. 220. in hunc modum est conceptum: Nachdem auch die Markgenossen sich beschwert, daß einige junge Knechte und sonst unverheyrathete Personen viel Ländereyen unter dem Pfleg hättent, die Plaggen aus der Mark darauf gendssen, hingegen die Früchte mit samt dem Stroh an Ausmärker wieder verkauften, also der Gayl wieder aus der Mark gebracht würde; so wider alle Marken-Gewohnheit strittet, dannenhero um Abänderung gebeten, und mit dem Herrn Holzgrassen dahin vereinbaret, daß nach diesen die Knechte und sonstige unverheyrathete Personen, so Ländereyen in der Sögler Mark haben und aus solcher Mark begaylen, nicht sollen bemacht sein, die Früchte auf dem Lande an Ausmärker zu verkauffen, sondern das Stroh allemahl in der Mark verbleiben solle. Gestalt Markgenossen sich verpflichten die Contravenientes getreulich anzuziegen.

Prout publice praelectum.



cum cespitibus, in marca scissis saturarent, prohiberetur fruges in posterum cum stramentis extraneis dividendare. Eo igitur iam aevi norma marcarum fuit, ut illi, qui cespitibus marcae uti vellet, stramenta auferre non liceret, verisimilium igitur est, quum contrariorum et correlativorum eadem sit ratio, eo tempore nec passos fuisse illum cespites scindere, aut ex marca transferre, qui quum non in hac marca habitaret fruges fundorum in illa sitorum cum stramentis ex ea evelheret.

§. XII.

Clarius vero illud adhuc pellucet ex attestato statuum Osnabrugensium t), scilicet Capituli, Ordinis Equestris et Civitatis Osnabrugensis de anno 1705, quod inter alia testificatur, tunc temporis consuetudinis fuisse, quod nemini in marca, in qua non habitabat, sed fundos noviter acquisierat, cespites metere et nolentibus commarcalibus, vel in fun-

t) Verba huius attestati, quod V. C. LODTMANNUS in *append. documentor. ius holzgraviale illustrantium n. XII.* exhibet, sunt sequentia: daß niemand aus einer Mark, worin er nicht wohnt, jedoch dorten neu Land aequirirt hat, regulariter und ordentlicher Weise Plaggen schaffeu und mehen, und auf das aequirirte Land, wider der Markgenossen Willen, und eben wenig, in der Mark, wo er wohnet, versfahren und gebrauchen dürffe.

dum acquisitum, vel in suam marcam transferre integrum fuisset. Quod attestatum ego ad gravissima argumenta de consuetudine huius rei referre non ambigo. Sunt quidem Doctores, quos beatus LEYSERUS in *meditationibus ad Pandectarum u*) allegat, qui opinantur iudici, de consuetudine testanti, fidem non esse habendam. Sed quum pro omni iudice insignis fidei et integritatis praesumtio militet x), alii contra, inter quos laudatus LEYSERUS y) et THOMASIUS z) referendi sunt, contendunt, attestatum iudicis ad minimum semiplenam facere probationem. Quo concesso (et quemadmodum quaedam contra ea obliici possent ignorare) extra omne dubium positum est, nos per attestatum supra allegatum consuetudinem plene probasse, quia non unius iudicis, sed trium summorum et maxime conspicuum statuum Episcopalium testimonium attulimus.

§. XIII.

Nihilominus tamen in Episcopatu Osnabrugensi, in causa der Gebrüder Hedemanns im Dorff Badbergen in der Groter Mark contra die Wulster Mark Interessenten im Kirchspiel

u) Spec. 9. med. 9.

x) Vid. c. 6. X. de renunc.

y) loco cit.

z) in diff. de iure consuetudinis et observantiae §. 103.



spiel Badbergen, valde disceptatum fuit, an hi illis, qui in marca *Wulsten* non habitant et fruges terrae cum stramentis *Badbergae* in marcā *Groten* transvehunt glebas scindere prohibere possent. Haec res a iudicio lignario *Badbergensi* ita decisa est, ut fratres *Hedemann*, quia nullo iure cespites sciderant, propterea poena imperialis affici debarent. Quum vero hi rem ad Cancellariam perferrent et ius glebas in marca *Wulsten* scindendi sibi ideo competere contenderent, quia incola marcae *Wulsten*, a quo casam (*den Kotten*) in hac marca sitam sibi comparaverunt et in cuius usum ius glebas scindendi exercere volebant, intuitu casae, hoc iure praeditus fuerat, sententia hunc in modum lata est, ut actribus tam diu liberum iuris glebas scindendi exercitium competeret, donec Rei docerent, secundum consuetudinem nemini ius in terris Osnabrugensibus in marca glebas scindendi ratione fundorum ibi sitorum competere, si fructus cum stramentis ex ea evheret. Quae sententia etiam a facultate iuridica Jenensi est confirmata. Quo facto Rei auxilium III. Regiminis implorarunt in quo decretum est, ut quanquam regulariter consuetudo obtineret, ut fruges agrorum in eam marcam inferri deberent ex qua agri hi laetificati sunt, iudici tamen relinquи deberet decidere, in quantum, hac in re, cum singularibus circumstantiis coniuncta, exceptioni a regula locus dari posset. Responsum hoc Rei in Cancellaria,

ubi

ubi haec res tunc adhuc ventilabatur produxerunt atque contenderunt se eo ipso observantiam probasse, quod nemo qui fundum in aliena marca sibi comparasset in ea iure glebas scindendi gauderet, si fructus et stramenta ex ea evehernet, licet hoc ius huius fundi causa ei competeteret. Actores hoc eventu litis sunt perterriti, ipsi ad Regimen Ill. se converterunt petieruntque ab eo, ut declararet consuetudinem ad hanc causam extendi non posse. Verum enim vero contra eorum opinionem prius Responsum est confirmatum addita insuper observatione illam consuetudinem optime ad casum controversum applicari posse, quia verendum esset ne, si actoribus ius cespitandi in marca *Wulsten* addiceretur, incolae urbium aut pagorum in vicinis marcis sibi villas (*Leib-freye Höffe*) compararent, fundis ad eas pertinentibus ute-rentur, per longinquam possessionem a villa eos detraherent et sic reipublicae loco der Haupt sive Pahl Stätte ein Heuer Haus obtruderent. Huius litis enarratio ostendit in Episcopatu Osnabrugensi a Cancellaria ad minimum dubitatum fuisse, an etiam extraneis, qui ab incola marcae cuiusdam, qui iure cespites scindendi gavisus fuerat, fundos compara-rent, prohiberi posset glebas scindere, quando fruges et stramenta ex ea auferret, nunc vero in genere consuetudinem agnosci, quod nemo in marca iure cespites scindendi gau-deat, qui fructus cum stramentis ex ea transferat.



§. XIV.

Absoluto igitur hoc capite, ad aliud accedo. Probandum enim mihi adhuc est, quod nemini ex marca, in qua habitat, (si quidem ibi iure cespitandi sit praeditus) liceat cespites scissos in aliam, in qua fundos possidet, exportare. Nihil de hoc casu attestatum statuum supra allegatum commemorat, neque ego de eo aliquid in Protocollis iudiciorum lignariorum reperi.

§. XV.

Non miror itaque quum die Hüder a marca, quae nō cum den Oldorff et Dummerlohäusern communis est, ius cespites exportandi praetenderent et lis de hac re oriretur, diversa se plane sententias esse latas. Judicium enim lignarium Deesbergense ita rem decidebat, ut die Hüder probare deberent, sibi competere ius ex marca communi in fundos acquisitos cespites transferendi, quia regulariter prohibitum esset ex una marca in alteram cespites exportare. Hi, non obstante hac sententia in marca communi cespites sciderunt et quum nulla adesset via per quam, ex hac marca in agros conductos, cespites transferre possent, per agros et campos ad marcam Oldorff pertinentes viam sibi pararunt. Sed quum commarcales huius marcae, ab illis, quos in suis agris offendenter, pignora caperent, hi illos apud Cancellariam

.VIX

riam

riam convenerunt, querentes quod commarcales marcarum *Oldorff et Lohausen* eos impeditent, cespites ex marca, quae iis cum hisce commarcalibus communis esset, evehere. Cancellaria paullo post sententiam tulit, per quam actores in iure cespites evehendi tuerentur. Rei hac sententia publicata ad Regimen Osnabrugense illustre se converterunt, quod quidem Cancellariae facultatem de hac re iudicandi non ademit, attamen ab ea certior fieri voluit, quare per sententiam actoribus ius ex marca cespites evehendi confirmassent? Cancellaria respondit, se credidisse: aequitati quam maxime convenire, ut actoribus, qui necessitate coacti, in aliis marcis agros conduxissent, permitteretur sumum ex sua marca in hos agros transferre. Adagium: ubi longus currus non vadit, ibi nec brevis venit, praeterea tam diu pro actoribus patrocinari aequum esse, usque a reis contrarium döceretur. Regimen Osnabrugense ill. ob plures rationes, quarum maximam partem iam §. VII. exposuimus, Cancellariae decreto non assensit.

§. XVI.

Cancellaria igitur, ut certior fieret, quid re vera, in hoc casu, in terris Osnabrugensis obtineret Drossardis et caeteris Praefectis Satripiarum *Iburgensis*, *Fürstenauensis*, *Grönenberg* et *Witlage* iniunxit, ut notificarent quidnam in

C 3

mar-



